



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

SURRIUS

Obit
Novem
RVM
5

234

DECEMBER.

VITA BREVIS S. PROCULI

ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS, VT HABE-

TVR IN HIERONYMI RVBEI RAVENNA.

tis historiographi libro primo.

1. Decemb.
S. Procul,
diuinitus
eligitur
Episcopus.

Feliciter
obit.



A LOCERO Archiepiscopo, qui annum etatis cente-
sum superabat viridi senecta, Proculus sextus subroga-
tur Rauennatum Archiepiscopum, ab columba pramon-
stratus, natione Syrus, cuius parentes ex Antiochia, una
cum D. Apollinare venerat. Qui cum ad Christi precepta,
vitæ sua cursum accommodasset, iusteque cum fide vixi-
set, optimè de Rauennati ecclesia meritus, deuexa iam æ-
tate Calendis Decembribus vitam cum morte commutauit.
Sepultus ne apud Aderitum Calocerumque, an in D. Ele-
ocadij, incertum. Id constat, obiisse sub id ferè tempus, quo Iginus, qui Telephoro
in Pontificatu successerat, obtruncatus est.

VITA S. LEOCADIAE VIRGINIS, VT HABETVR IN LVCII MARINEI SICVL, REGII *Historiographi, historiarum Hispaniae libro quinto.*

9. Decemb.
S. Leocadia
patria.
Caresi
mancipatur.
Eius obit.



EOCADIA virgo celeberrima Toleti orta fuisse perhibe-
tur, qua propter sanctissimos eius mores & Christi cultu,
cui feruentissimè seruiebat, à Daciano Hispania praefecto
tanquam Christiana capitul, & apud urbem Toletanā cat-
ceri mancipatur. Vbi cum grauissimos beatas Eulalia, & re-
liquorum martyrum cruciatus audisset, positis in oratione
genibus, quinto Idus Decembribus im pollutum Deo reddidit
Spiritum. Sunt qui dicunt Leocadiam crudelissimis Dacia-
ni satellitibus, ab altis Toletanæ urbis moenibus fuisse pra-
cipitata, usque ad locum ubi nunc eius ecclesia colitur extra urbem. De cuius vi-
ta & morte plures etiam scripserunt.

PASSIO SS. MARTYRVM NICHASII EPISCOPI RHEMENSIS, ET EVTROPIAE SORORIS EIUS AC SO- CIORUM, UT HABETUR IN PERANTICO MS. CODICE, CUI SUFRAGANTUR ANTIQUISSIMA MARTYROLOGIA. HABETUR QUOQUE IJDEM FERE VERBIS IN SPEC. *Vincenij libr. 21. cap. 37.*

14. Decemb.
S. Aniani
vita quare
17. Nouemb.
Tom. 6.

V Vandali
debellant
Rhemenses.



EMPORE quo Vandali multas urbes subuententes, per
diuersas prouincias, nihil aliud quam Christianorū sanguinem
sistire videbantur, clarebant in Gallis Nichasius Rhe-
mensis, & Anianus Aurelianensis Pontifices, magnis prodi-
gij & virtutibus insignes: Qui meritis suis ac precibus, hanc
iram indignationis Dei diu differre decerterunt, ut populu-
interim ad penitentiam reuocarent. Ast illi thesaurizantes
sibi iram, nulli tenis eorum præceptis salutaribus optem-
perabat. Interea Vandali castigantur circa urbem Rhe-
morum, & omni regione depopulata, Christianos potissimum, velut deorum suo-
rum inimicos, & moribus paganorum contrarios, omnino delere satagabant. Ulti-
mo itaque subuersione die, illis circunquaque fortiter prælantibus, ciues terrore
percussi, ad sanctum Nichasium in orationibus prostratum cucurrerunt, interrogā
tes